Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dere corruptionem. Notas mihi fecisti vi
as vite: replebis me iocunditate cum
facie tua. FRA. IIII. P. I.
Viri fres: liceat audenter dicere
ad vos de patriarcha dauid. quo defunc
tus est & sepultus est: & sepulchrum eius est
apud nos usque in hodiernum diem. Propha
igitur cum esset & sciret quia iure iuran
do iurasset illi dominus de fructu lumbi
sedere super sedem eius. prouidens locutus
est de resurrectione xpi: quia neque de
relictus est in inferno. nec caro eius vi
dit corruptionem. ℣ ·II.
Hunc ihm resuscitauit dominus: cuius omnes
nos testes sumus. Dextera igitur dei exalta
tus. & promissione spiritus sancti accepta a patre
effudit hoc donum quod vos videtis & au
dit is. Non enim dauid ascendit in
celos: dicit enim ipse: dixit dominus domino
meo sede a dextris meis: donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
certissime sciat omnis domus israhel:
quia & dominum eum & xpm dominus fecit hunc
ihm quem vos crucifixistis. III.
His autem auditis compuncti sunt cor
de: & dixerunt ad Petrum & ad
reliquos apostolos. Quid faciemus viri
fres: Petrus autem ait ad illos: Penitentiam agite. & baptizetur unusquisque
vestrum in nomine ihu xpi in remis
sionem peccatorum: & accipietis donum
spiritus sancti. Vobis enim est repromissio & fi
liis vestris & omnibus qui longe sunt:
quoscumque aduocauerit dominus deus nos
ter. Alius etiam uerbis plurimis testifica
tus est: & exhortabatur eos dicens: Salua
mini a generatione ista prauua. FRA. V.
Qui gratiae perunt sermones P. I.
Petri baptizati sunt: & appo
sitae sunt in illa die animae circiter tria
milia. Erant autem perseuerantes in doc
trina apostolorum. & communicatione fracti
one panis. & orationibus. fiebat autem
omni animae timor. II. Multa quoque
prodigia & signa per apostolos fiebant
in hierusalem: & metus erat magnus in
uniuersis. Omnes etiam qui credebant
erant pariter: & habebant omnia communia.
Possessiones & substantias uendebant:
& diuidebant illa omnibus prout cui
que opus erat. III. Cotidie quo
que perdurantes unanimiter in templo.
& frangentes circa domos panes su
mebant cibum cum exultatione & sim
plicitate cordis: collaudantes deum.
& habentes gratiam ad omnem plebem.
Dominus autem augebat qui salui fierent
cotidie in idipsum. FRA. VI. P. I.
Petrus autem et Iohannes simul
ascendebant in templum: ad horam
orationis nonam. Et quidam vir quis
erat claudus ex utero matris suae
baiolabatur: quem cotidie pone
bant ad portam templi que dicitur
speciosa: ut peteret elemosinam ab
introeuntibus in templum. Is cum uidis